

exsurgebat. Cum remigassent ergo quasi stadia uiginti
quinque aut triginta. uident ihm ambulantem super
mare. & proximum naui fieri. & timuerunt. Ille
autem dicit eis. ego sum. nolite timere. uoluerunt
ergo accipere eum in naui. & statim fuit naus ad terram
in qua ibant.
Altera die. turba quae stabat trans mare. uidit quia
nauicula alia non erat ibi nisi una. & quia non intro
isset cum discipulis suis ihs in nauem. sed soli discipuli
eius abissent. Aliae uero superuenerunt naues a ti
beriade. iuxta locum ubi manducauerunt panem
gratias agente dno. Cum ergo uidisset turba quia
ihs non esset ibi. neque discipuli eius. ascenderunt
in naucular. & uenerunt capharnaum quaerentes
ihm. & cum inuenissent eum trans mare. dixerunt ei.
Rabbi quando huc uenisti.
Respondit eis ihs. & dixit. Amen amen dico uobis.
quaeritis me non quia uidistis signa. sed quia manducas
tis ex panibus. & saturati estis. Operamini non
cibum qui perit. sed qui permanet in uitam aeternam.
quem filius hominis uobis dabit. hunc enim pater
signauit ds. Dixerunt ergo ad eum. quid faciemus
ut operemur opera di. respondit ihs & dixit eis.
Hoc est opus di ut credatis in eum. quem misit ille.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
HEIDELBERG
HESSEN
Staatliche Schlösser
und Gärten Hessen
UNESCO
Organisation der
Vereinten Nationen für
Bildung, Wissenschaft,
Kultur und Kommunikation
Kloster Lorsch
Welterbestätte
seit 1991
© Stadt Nürnberg - Stadtbibliothek im Bildungscampus Nürnberg
http://bibliotheca-laureshamensis-digital.de/view/stbn_centVapp43b/0331